6

circumcissionem acceperis uitiorum abscideris a te omne ui
tium. irae. superbiae. inuidiae. libidinis. auaritiae. iniquita
tis. & ceterorum similium. Tunc a te aegyptii abstergentur
obprobria & translatus in terram repromisionis heredi
tatem regni caelestis accipies. per uerum ihm xpm dnm &
saluatorem nrm cui gloria in secula seculorum amen.

EXPLICIT OMELIA I. INCIPIT OMELIA II. DE EO
QUOD SCRIPTUM EST MOYSES FAMULUS DNI DEFUNCTUS.

Et moysi obitum oport& nos enarrare nisi enim intellexe
rimus quomodo moritur moyses non poterimus aduerte
re quomodo regnat ihs. Si ergo consideres hierusalem sub
uersam altare distructum. nusquam sacrificia nusquam nec
hostias nec libamina. nusquam sacerdotes. nusquam pontifices.
nusquam ministeria leuitarum. cum haec omnia uideris ces
sare. dicito quia moyses famulus dī defunctus est. si uideris
neminem ter in anno uenire ad conspectum dnī. nec offer
re munera in templo. nec iugulare hostias. pascha cum nec azima edere.
nec offerre primitias. ne primo genita consecrare.
Cum haec omnia non uides celebrare. dicito quia moyses
famulus dī defunctus est. Cum uero uideris intro ire gen
tes ad fidem ecclesias instrui altaria non cruore pecodū
respergi. sed pretioso sanguine xpi consecrari. Cum uideris
sacerdotes & leuitas non sanguinem taurorum & hyrco
rum. sed uerbum dī per sci spī gratiam ministrantes. tunc dicito
quia ihs post moysen suscipit & obtinuit principatum.
sed non ille ihs filius naue sed ihs filius dī. Cum uideris
quia pascha nrm immolatus est xps & azima edimus
sinceritatis & ueritatis. Cum uideris fructus terrae
bonae in ecclesia xxx^os & lx^os & centessimos iustos coniugos uel uiduas uirgines

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0015